



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De inuidia & æmulatione. cap. cx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A Est qui locupletatus parçè agendo : & nescit quòd tempus prætereat, & mors appropinquet, & relinquit omnia aliis, & morietur. Qui aceruat ex animo suo in iustè aliis congregat : & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Fili, si habes, benefac tibi. Improbō viro propterea panem murmurabit ciuitas.

De homine querulo, & obiurgandi cupido.

C A P. C I X.

G V i iniustè accusat, non effugiet. Nec cum homine occasionem inimi- citia frustrè suscipias: ne te malo aliquo afficiat.

B *De inuidia & emulatione.*

C A P. C X.

G R E S S A E sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israël, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis in tympanis lætitiae, & sistris. Et præcinebant mulieres ludentes, & dicentes, Percussit Saul mille, & Daud decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitque, Dederunt Daud decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei supereft, nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Daud à die illa, & deinceps.

C Ne comedas cum homine inuidio, & ne desideres cibos eius: quoniam quemadmodum si quis deglutiatur crinem, ita comedit & bibit. Fessinat ditescere vir inuidus: & nescit quòd misericors ipsum superabit.

Dura sicut infernus æmulatio.

Cum inuidia tabescente iter non habeo: quoniam talis homo non erit parti- ceps sapientiae. Inuidentia improbitatis obscurat bona.

Hominī inuidio ad quid aurum? Zelus & iracundia minuunt dies. Ab in- tuidis absconde consilium tuum. Qui sibi inuidet, nihil illo est nequius, & hæc redditio est malitia illius: & si bene fecerit, ignoranter, & non volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. Omnis peccator, inuidus, & bilinguis, improprium & contumeliam hæreditabit. Dolor cordis & luctus, mulier ze- lotypa. In muliere zelotypa flagellum lingua omnibus communicans. Ne consilium ineas cum homine obliquis oculis te aspiciente.

Amice, non facio tibi inuiariam. Nónne ex denario conuenisti mecum?

Vbi zelus & contentio, illuc inconstantia, & omne opus malum.

Mat. 20.

Iac. 3.

Fratres, inuidia affectum caueamus: ne operum aduersarij socij efficiamur, atq; eodem iudicio condemnati inueniamur. Nam si, qui superbia effertur, in diaboli iudicium incidit, quoniam tandem pacto inuidus supplicium diabolo paratum effugiet? Inuidia etenim nullus exitiosior affectus in hominum animis innasci potest. Ut enim ferrum rubigo, ita inuidia animam, quam obfederit, consumit. Imò, ut rectius loquar, quemadmodum viperam ex eo materno ventre in lucem edi: eodem modo inuidia quoque hanc naturam habet, ut parturientem se animam laceret atque conficiat. Liuor enim nihil est aliud, quam dolor ex alterius rebus secundis susceptus. Quo fit, ut mœrores animique acerbitates inuidum nunquam deserat. Vberes fructus ager vicini produxit? domus ipsius omnibus vita & commodis circumfluit? in perpetua animi voluptate versatur? Hæc omnia homini inuidia laboranti morbi alimonia, & doloris accessio sunt. Animis magnitudine prestat quispiam, optimaque est. Valeatudine virtutis? Hæc inuidum lancinant. Alter formæ venustate antecellit. Alia hac inuidori plaga est. Quidam animæ dotibus multos antecedit, prudentieque atque eloquentie nomine omnium oculos ad se coaserit, beatusque prædicatur? alius rursum opibus abundant, atque in impertienda egentibus re sua familiari præclarum munificentia specimen edit, ingentibusque ab iis, quos beneficiis inuat, laudibus celebratur? Hæc omnia plague ac vul-

D d ij

Nihil in nera sunt medium inuidi peccus ferientia. Quodq; in hoc morbo grauißimum est, nē ipsum R
 inuidia quidem prodere ac patet facere potest: Verum oculos quidem demittit, ac mōsto & pertur-
 granus, bato animo est, atque quivitatur, perditēque hoc malo afflictatur: rogatus autē quoniam mor-
 quā quōd inuidus bo teneat, calamitatem suam enūciare pr̄ rubore non sustinet, nem pē, Inuidia labore, ac
 morbum me amici bona sācum in modum excruciant, ac fraternalm animi hilaritatem lugeo, nec a-
 sum ape. lienorum bonorum spectaculum ferre quo, sed proximi felicitatem calamitati duco. In imo-
 rire non pectoris morbum premat, quo ipsius viscera tacitē inflammantur & exeduntur. Ac proin-
 audet.

de nec medicum adhibet, nec pharmacum excogitare potest, quo morbus propulsetur: ve-
 tūm hanc vnam mali leuationem expectat, si forte quempiam ex iis, quibus inuidet, dē
 prosperitatis gradu deturbatum conspiciat. Tunc nimirū in gratiam redit, atque ami-
 cus est, cūm lachrimas fundentem ac lugētem cum viderit, in quem inuidia & stuabat. Ac G
 lato quidem & hilari non gratulatur: mōrenti autem lachrimarum socium se adiungit.
 Filium post discessum ē vita laudat, ac sexcentis encomiis exornat, nem pē quam preclara
 forma esset, quam egregia indole, quam ad omnia commode comparatus: cūm tamen ipsi,
 dum adhuc superstes esset, nullam vñquam vocem, qua ipsius laudes prēdicaret, imper-
 tiisset. Quid si multos huic laudi assentientes fauentisque videat, immutata rursus mente
 mortuo inuidet. Dinitias admiratur, postea quām iis quispiam deiectus est: corporis pul-
 chritudinem aut robur aut valetudinem post morbos latet & amplificat: atque, vt sum-
 matim dicam, pr̄sentium inimicus est, extinctorum autem amicus. Quidnam igitur hoc
 morbo perniciōsus fingi queat? Vite labes est, natura corruptela, beneficiorum nobis dini-
 nitus concessorum odium, pugna aduersus Deum. Quidnam mali authorem diabolum ad
 inferendum homini bellum in furorem coniecit? An non inuidia, per quam etiam Deo bel- H
 tuorum a- lum aperte indixisse comperitur, in Deum nimirū, ob ipsius erga hominem munificentiam, ira percitus, hominem autem vñscens, quia Deum non poterat? Quibus etiam ipsis
 inimicus Cain pri- sceleribus Cainum sese deuinxiſſe constat, primum, inquam, illum diaboli discipulum, at-
 mus dia- que ab eo & inuidiam & cādem edoctum, hoc est, sorores iniquitates, quas etiam Paulus
 boli dis- his verbis copulauit, Plenos inuidia, homicidio. Quidnam igitur est quod perpetravit? Vi-
 pulus. dit honorem, quem frater à Deo consecutus erat: atque inuidia inflammatuſ est, cūmque, cui
 Rom. 1. honor habitus fuerat, interemit, vt eum, à quo honorem accepit, perstringeret. Nam cūm
 ob virium imbecillitatem Deo bellum inferre non posset, ad fraternalm cādem delapsus est.
 Fugiamus, fratres, morbum impia aduersus Deum pugna magistrum, homicidiū paren-
 tem, natura confusione, propinquitatis ignorationem, calamitatem à ratione alienissimā. I
 Quid enim mōres, homo, cūm nihil incommodi tibi acciderit? Quid ei infensus atque in-
 festus es, qui in quibusdam bonis versatur, nec quicquam rerum tuarum imminuit? Quid
 si etiam beneficio affectus stomacharis, an non aperte tuamet ipse utilitati inuides?

Inuidio- Canes, cūm aluntur, mansuecunt, leones blanditiis cicurantur: inuidi autem comita-
 ficiis irri- te atque obsequiis vehementius effeſtantur. Qua de causa Iudei salutis authorem inseſta-
 tantur. ti sunt? Qua de causa inuidiam aduersus eum conceperunt? Nem pē ob miracula. Quenam
 autem erant hēc miracula? Salus eorum, qui ea opus habebant. Alebantur esurientes: &
 qui alebat, vexabatur. Ad vitam reuocabantur mortui: & qui eos in vitam reducebat, in
 inuidiam vocabatur. Pellebantur demones: & qui ipsis fugam imperabat, insidias appete-
 batur. Purgabantur leprosi, ambulabant claudi, audiebant surdi, visum recuperabant ca-
 ci: & horum beneficiorum author in fugam agebatur. Atque ad extremum eum, qui vi-
 tam donauerat, morte affecerunt: eum, à quo homines in libertatem vindicati fuerant, ver-
 beribus proſciderunt, mundi denique iudicem condemnarunt. K

Quibus po- Non Aegyptio Scytha inuidet: sed quisque ei, qui eiusdem nationis est. Ac rursum in
 tilissimum eadem natione non ignotus, sed familiarissimus quibusque inuidet, atque ex familiaribus,
 inuidi soleat. vicinis potissimum, iisque, qui eandem artem profertur, aut alia quāpiam necessitudine
 cum ipsis coniuncti sunt: atque inter hos rursum aequalibus pr̄sertim ac cognatis & fra-
 tribus. Ac denique quemadmodum rubigo proprium est frumenti vitium: sic etiam liuor
 amicitiae morbus est.

Inuidia, nihil cum lēdens, cui inuidetuf, inuidum ipsum vulnerat. Quis enim ob mō-
 rorem suum bona alterius vñquā imminuit? At vero seipſe coſecit, mōrōre cotabescens.

Ino-

A Intolerabile hoc malum fugiamus. Serpentis doctrina est, dæmonum inuentum, hostis *Inuidia* semen, pœnæ arrabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, regni privatio. *Serpentis doctrina*

Inuidos nonnulli vel per oculos solos morbum iniuste arbitrantur. Ego vero hoc quidem plane reliquo: illud autem aio, boni odio percitos dæmones, cum commodas filii ipsi ap- positaque voluntates nocti sunt, omni modo iis sed id quod sibi proposuerunt, abuti: ita ut inuidorum etiam oculos ad voluntatis suæ ministerium adhibeant.

Inuidiæ morbo laborantes vel ipsa quodammodo facies prodit. Siccus ipsiæ ac splendo- ris expers est oculus, tristes genæ, collapsum supercilium, animus hoc affectu conturbatus, veritatis iudicium in rebus haudquam habens.

B Fortem audacem vocant, temperantem durum ac stupidum, iustum crudelem, prudentem versipelle. Magnificum ut profusum, liberalē ut decoctorem traducunt: ac rursum eum, qui rem familiare commodè administrat, ut preparari ac tenacem criminatur. Ac ne sim lögior nullū virtutis genus est, quod apud eos vocabulo careat, à contrario virtus derivato.

Proprium diaboli malum est inuidia, que nec enuntiari potest, nec medicinam recipit. Qui capitis dolore afficitur, dolorem suum medico exponit. Qui autem inuidiæ morbo pre- mitur, quid dicat? Fratris bona me in meorem coniiciunt. Vnusquisque id dicere erube- scit. Heus tu, quid gemis? Tuum malum, an alienum bonum?

Cane, cum alimus, mansuetos efficiamus: inuidum autem beneficio afficientes, asperio- rem ac truculentiorem eum reddimus. Neque enim ob ea beneficia, quæ à te accipit, gaudet: verum opibus tuis & copiis angitur. Cate itaque ne in diaboli laqueum incidas.

Pulchrum inuidiæ turpis inuidentia.

*Naz. in.
Iamb.*

C Incede celsus, inuidos linquens humi.

Quidnam hominibus inuidis miseriis excogitari queat? Cum gaudere ipsiæ, atque ex chrys- gaudio emolumentum percipere liceat, malum tamen ob aliorum gloriam, nominisq; splen- dorem mœstitia affici, atque una cum ea mœstitia cruciatum quoque à Deo, pœnamque bil mœ- intollerandam sibi accersere.

D Inuidia perturbatione plena est. Inuidia ignis inextinctus. Inuidia detrimetum ac per- niciem ad inuidentem ducit. Quemadmodum enim vermis lignum corruptit: sic etiam simile. inuidia cum quidem, qui inuidet, tibi conficit: eum autem, cui inuidetur splendidiore reddit.

In rebus secundis, inuidiam effugere impossibile est.

Nihil sceleratus est, quam alterius felicitate mordeti, disrumpi, contabescere.

D Nihil grauius est, nihil miseriis, quam inuidiæ morbum contrahere, ac liuore confici. At te toto pectore Deum obsecrare, ut à libidinosis & venereis cogitationibus libe- reris. Ergo eodem modo eum toto animo, id quod maius est, roga, atque obsecra, ut à liuore atque inuidentia vindiceris. Siquidem in execrandum hunc affectionem magis propendas.

De præpostero sui amore: & quod nemo seipsum iustum pronunciare aut laudare debet.

C A P. C X I.

E M NIS vir sibiipsi iustus esse videtur. Laudet te alienus, & non os tuum. Ne sis sapiens apud te ipsum. Via stultorum rectæ sunt in oculis suis.

Vx qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismet- ipsiæ prudentes. Qui dicunt, recede à me, ne appropinques mihi, quia purus sum, isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce scriptum est coram me: nō tacebo, sed redam & retribuam in sinum eorum iniquitates eorum, & patrum suorum, dicit Dominus.

Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quod Dominus commendat. 2. Cor. 10. Röm. 12.

Omnis hoc uno nomine pī sumus, quod alio impietatis condemnamus.

Actionum suarum lenes ac placidi indices, alienarum autem severi censores.

Naz.

Dd ij